

3044.

1334 d. 6 Mars.

JOHAN HEMMINGSSON upplåter åt Kaniken i Upsala Lars Nilsson 13 örtugland i Åby i Lislena, Tängby i Löt, Ledingby i Wallby och Hämsta i Boglösa socknar, hvilka gårdar han af samma Kanik erhållit genom byte och köp samt sedan hos honom pantsatt, men icke inom utfäst tid återlöst.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis JOHANNES HÆMINSSON salutem in domino sempiternam, Recognosco per presentes me discreto viro domino laurenzio nicholai canonico wpsalensi tredecim solidos terre in villis infra scriptis vidilicet(!) in aaby parochia litlene vnam oram terre in thægnaby parochia lœth duos solidos terre, in ledunggabý vnum solidum terre parochia walby et in hæmistum parochia boglœso septem solidos terre quos ab eodem domino laurenzio, sub vero titulo concambii et emcionis habui prediorum Prout in litteris meis quas super hoc habet plenius continetur, ipsi eciam domino laurenzio inpignoratos per me et secundum leges patrie in termino michi per eundem prefixo per me vel cognatos meos legaliter in pretorio exhibitos et non redemptos et sibi iuxta leges patrie adiudicatos pro certo precio dimisisse perpetue possidendos Pro quibus eciam tredecim solidis terre recognosco me plenum precium habuisse in pecunia numerata, Renuncians eciam omni dolo vel fraude [o:di] pecunie non habite per iuramentum meum, Ipsos igitur tredecim solidos terre predictos eidem laurenzio proprio nullo excepto et eredibus(!) suis perpetuo possidendos, In cuius rei testimonium siggilla discretorum viro- rum domini gerardi de enecopia, petri de lønsuik vna cum meo me petente presentibus sunt appensa, Datum anno domini M° CCC° XXX° IIII dominica Letare.

Sigillen: N:o 1, obetydligt fragment; N:o 2, andligt; N:o 3, Petri, adligt, otydligt (varghufvud?).

3045.

1334 d. 20 Mars.

Kyrkoherden vid Wårfrukyrkan i Enköping GERHARD och LARS af Wallby, exekutorer af Kyrkoherden vid St Olofs församling i Enköping Nils's testamente, upplåta, för att kunna betala testators skulder och fullgöra hans anordningar, 8 örtugland och 3 penningland i Tärby i Wårfrukyrka socken till Kaniken Lars af Wallentuna.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis GERARDUS rector ecclesie beate virginis enecopie et LAURENCIUS de walby exequutores testamenti domini nicolai bone memorie, de ecclesia beati olavi enecopie salutem in domino sempiter-